UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Theodoro martyre. Cap[itulum]. xliij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſancto Urſino epiſcopo. Cap̄.xli.

URſinus eps apō bituriceñ. ciuitatē claruit. Qui rome a ſucceſſoribꝰ apoſtolorū pontifex ordinatus: primus eidē vrbi deſtinatus eſt epiſcopus. Ipſe nāq̧ predicationis officio diligenter intentus maximam partē ciuitatis illius populi conuertit ad dn̄m: ⁊ fide ⁊ ſapientia atq̧ vite ſanctitate probatus migrauit ad xp̄m.v.idus nouēbris: vt dicit ado.

¶ De ſanctis Tryphone ⁊ reſpicio martyribus ⁊ nympha virgine. Cap̄.xlij.

TRyphō et reſpicius martyres et nympha virgo apud vicū abſadon ſaxonie paſſi ſunt. Qui tryphō ex eodē ortus oppido: paſtor anſerū fuit. Tp̄e igiť gordiani imperatoris filia eutychetis nobilis romanorū obſeſſa a demone clamabat: tryphonē paſtorem anſerū eius liberatorē futurum. Cum autē de mandato imperatoris eutychetem plurimū diligentis: talis homo per vniuerſum mundū quereretur: tandē in prefata ciuitate inuentus eſt: ⁊ ad vrbē romam adductus: qui ſtatī vt limen domus eutychetis attigit: puella liberata fuit. Sanctus autē orās imperatori ⁊ eutycheti demonē qui puellam infeſtabat: in ſpecie canis oſtendit: ⁊ cum eis humana voce loqui fecit: ⁊ demū ī abyſſum miſit: ⁊ ab imperatore honoratus ad propria cum honore regreſſus eſt. ¶ Tempore v̄o decij ceſaris imminēte perſecutione tryphon a prefecto occidentis tentus eſt: vt ſacrificaret: qui dum chriſtum confiteretur: primo quidem appenſus eſt: ⁊ vngulis confoſſus: deinde per pedes ligatus: et per maximas niues et glacies tractus eſt: ita vt pedes frigore ſcinderētur. Poſtmodum autem acutis ignitis pedibus confixus ⁊ fuſtibus ceſus: atq̧ lampadibus ad latera appoſitis exuſtus: lumine tamen ingenti de celo ſuper infuſo confortatus eſt. Quod videns reſpicius quidē tribunꝰ credidit: ⁊ xp̄m confiteri cepit: quē preſes detentum vna cum tryphone fortius exungulari mandauit: dehinc ambos ad templū fecit adduci: vt ceſaris aut iouis ſtatuam adoraret. Sed orante tryphone idolum corruit: ⁊ mox nympha quedā: que virgo veſtalis erat ibidem aſſiſtens fidem chriſti percepit: ⁊ xp̄m deū verum voce publica proclamauit. Tunc prefectus ſanctos martyres vna cum nympha virgine plūbatis diutius cedi: eoſq̧ oēs nouiſſime mandauit pariter decollari. Quoꝝ corpora a chriſtianis iuxta ipſam vrbem ſepulta ſunt.iiij. idus nouēbris.

¶ De ſancto Theodoro martyre. Cap̄.xliij.

THeodorꝰ martyr apud ciuitatem antiochiā paſſus eſt ſub iuliano imperatore apoſtata. De quo.x. libro eccleſiaſtice hiſtorie cap̄.xxiij. habetur. Cum enī iulianus chriſtianus permiſiſſet: vt corpꝰ babile martyris auferrēt: de quo ſupra in eius paſſione actū eſt.ix.kal̄.febr̄. Ibiq̧ exultantes corpus per ſex miliaria detuliſſent: cantantes pſalmū. Confundātur oēs qui adorant ſculptilia ⁊c. ⁊ cū imp̄ator hoc audiſſet: iratus die altero iuſſit omnes chriſtianos teneri ⁊ torqueri. Quod ſaluſtius eius prefectus licet paganus tamen inuitus exequitur. Et primum ſibi theodorum occurrentem a prima luce vſq̧ ad vndecimam horam tanta crudelitate: et tot mutatis carnificibus torſit: vt nulla etas ſimile fore factum meminerit. Ipſum tandem per omnia conſtantem et letum in carcere teneri fecit: et imperatori que fecerat recitauit: taliaq̧ omnino fieri diſſuaſit: alioquin chriſtianis gratiam et ceſaris ignominiam quereret: cuius ſuaſione imperator theodorum liberum dimiſit: qui referebat in tormentis ſe modicā penam ſenſiſſe: aſſiſtente ſibi celeſti iuuene: et ipſum confortante: necnon lintheo candido ſudorem ſuum exiccante: ac ſepius ſibi aquam frigidam inſtar nectaris in populum porrigente. Hic autem ſanctus martyr poſt aliquot mēſes migrauit ad dominum.iiij. idus nouēbris. Hec euſebius libro quo ſupra.

¶ De ſancto Theodoro epiſcopo. Cap̄.xliiij.

THeodorus eps ſeceſſis fuit. Hic dum eſſet annorum.xij. et facta eſſet epidemia valida et bubone in ipſa ciuitate: theodorus vſq̧ ad mortē infirmatus eſt: q̄ delatus in oratorio ſancti iohānis baptiſte: quod eſt iuxta villam: et ſtratus ad altaris introitum: cum ad crucifixum deſuper ſtantem in tabula pictū oraſſet: de imagine chriſti tres gutte rotis ceciderunt: ſtatimq̧ bubonem ſoluerunt. Et cōtinuo extincta febre cōualuit: ⁊ do-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN